

Der vorliegende Text ist aus Ciceros „de legibus“: hier geht es um den Begriff „Herrschaftsstruktur“:

Videtis igitur magistratus hanc esse vim ut praesit praescribatque recta et utilia et coniuncta cum legibus.

Ut enim magistratibus leges,  
ita populo praesunt magistratus,  
verequae dici potest,  
magistratum esse legem loquentem,  
legem autem mutum magistratum.

Nihil porro tam aptum est ad ius condicionemque naturae – quod quom dico, legem a me dici intellegi volo – quam imperium, sine quo nec domus ulla nec civitas nec gens nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis nec ipse mundus potest. Nam et hic deo paret, et huic oboediunt maria terraeque, et hominum vita iussis supremae legis obtemperat.

Atque ut ad haec citeriora veniam et notiora nobis: omnes antiquae gentes regibus quondam paruerunt. Quod genus imperii primum ad homines iustissimos et sapientissimos deferebatur – idque et in re publica nostra maxime valuit, quoad ei regalis potestas praefuit –, deinde etiam deinceps posteris prodebatur, quo et in iis qui etiam nunc regnantur manet.

Übersicht meiner Latein/Altgriechischvideos auf:

**<https://www.youtube.com/user/NachhilfeLatein/playlists>**

Übersicht meiner Mathevideos auf:

**<https://www.youtube.com/user/Mathematikaufgaben/playlists>**

Schriftliche Unterlagen in pdf-Form zum kostenlosen Download unter:

**[www.raphael-biere.de](http://www.raphael-biere.de)**